



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens ad viginti sex Quæstiones priores, centum & septem
Disputationes in Capita diuisas

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1621

Dispvt. XCIV. An meritum, & orationes Christi, vel Sancti alicuis fuerint
promeritæ nostram prædestinationem & electionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80983)

DISPUT. XCIV.

An meritum, & orationes Christi vel
Sancti alicuius fuerint promerita
nostram prædestinationem
& electionem.

Varie Scholasticorum opiniones, cap. 2.

Meritum Christi causam nostræ prædestinationis, & electionis auctoritate probatur, cap. 2.

Christum meruisse nostram electionem, ratione probatur, cap. 3.

Merita Christi fuisse causam nostræ prædestinationis, ratione ostenditur, cap. 4.

Diluntur aduersariorum oppositiones, cap. 5.

CAPVT I.

Varie Scholasticorum opiniones.

Vt nonnulli Scholastici non infimi nominis
Squi liberalitatem diuinæ prædestinationis ad-
eo prædicant, vt non solum ex parte prædestinati,
verum etiam ex parte alterius nullam causam me-
ritoriam, aut imperatoriam illius esse putent, sed
in solam Dei voluntatem tantum beneficium re-
ferendum esse assueverunt: quorum varios dicendi
modos in hoc capite referemus. Primo igitur *Ad-*
amus in Commentariis epistol. ad Ephes. in illud 1. capite.
Sicut elegit nos in ipso: censelet prædestinationem
nostram, & electionem non fuisse factam ex
meritis Christi, sed hæc duo beneficia in solam
Dei liberalitatem esse referenda. Huius sententiæ
nullam adducit rationem: sed forsitan ea est, quia exi-
stimat hic auctor, fidem, & alias dispositiones ad
iustificationem, non ex meritis Christi, sed ex sola
Dei voluntate nobis concedi. Sic docet in cap. 1. ad
Philipp. sub finem, & in illud 2. Pet. capite. 1. in iustitia
Dei, quam opinionem tradiderant prius Capreol. in 3.
4. 18. q. vi. a. 3. ad argumenta Scoti contra 4. 4. concl. Ferra-
rii. 4. contra gent. cap. 55. §. 9. An autem. Driedo. de capti-
uit. & redempt. gener. human. tractatu 2. c. 2. p. 3. a. 4. ad 1.
obiect. & tractat. 4. cap. 2. p. 8. memb. 3. eam quoque in-
dicauit Ruard. 2. 6. §. Iterum obicitur, cum asseruit
Christum nobis sufficienter meruisse remissio-
nem peccatorum, sed non fieri nobis æqualem
applicationem meritorum eius, partim proueni-
re ex nostro libero arbitrio; partim vero ex diuina
electione: atque in hanc sententiam citat Capreol-
um, & Driedonem. Videretur ergo sentire, vt ap-
plicentur nobis merita Christi, necessariam esse
alienam priorem dispositionem in nobis, quæ
non sit ex meritis Christi, propter quam nobis
applicentur: quod si existimat hanc esse ex solo li-
bero arbitrio, sentit cum Massiliensibus: si vero
ex auxilio gratiæ, concedere debet eam gratiam
non fuisse ex meritis Christi ex qua doctrina recte
colligitur sententia Adami superius allegata & in
eam consentire debent ceteri auctores citati: quon-
iam si nobis, & aliæ dispositiones, quæ iustifica-
tionem præcedunt non sunt ex meritis Christi, &
illæ ad prædestinationem pertinent, vt disput. 91.
capite. 7. contra Bonau. satis probatum est, conse-
quitur prædestinationem in nobis cõpisse, ante-
quam merita Christi nobis applicarentur. Si au-
tem merita Christi non fuerunt causa primi effe-
ctus nostræ prædestinationis, dici non poterunt
causa ipsius prædestinationis, vt eadem disp. cap. 1.
monstrauit Christum autem non fuisse causam

Vázquez in 2. parti. Tomus I.

nostræ prædestinationis, cum Adamo plane af-
firmat Driedo ar. illo 4. ad 1. obiectio. alij vero de præ-
destinatione expressè non loquuntur.

Facit cum Adamo, & Driedone *Franciscus Son-*
ninus libr. 2. demonstrationis Euang. tractat. 3. qui est de
passione Christi cap. 19. & hoc ipsum probat alia
ratione, quam insinuare etiam videtur Adamus:
quia, vt Christus meretur nobis prædestinatio-
nem nostram, necesse erat, & mereri omnem effe-
ctum illius, sed non potuit mereri omnem effe-
ctum illius, eo quod ipsa incarnatio, passio, &
meritum Christi inter effectus nostræ prædestina-
tionis connumerantur: ergo Christus non fuit
promeritus nostram prædestinationem. Hoc ar-
gumento recentiores nonnulli in hanc senten-
tiam adducunt, & ob id etiam affirmant cum
Durand. in 1. d. 4. t. 9. q. 3. num. 4. nullum iustum, quan-
tumuis alteri impetret primam gratiam, mereri
posse illi prædestinationem; quia ipsa oratio, &
meritum iusti est effectus prædestinationis alie-
rius; id quod hoc pacto suaderi potest secundo.
Quæcumque conferuntur alicui efficaciter, vt vi-
tæ æternam consequatur, siue interior (spiritus
gratiæ siue exteriora adiumenta, sunt effectus suæ
prædestinationis: ergo & orationem, seu meri-
tum alterius, virtute cuius spiritum gratiæ præde-
stinatus consequitur, inter effectus suæ præ-
destinationis referre, & pro eo etiam beneficio
peculiares Deo gratias agere debet. Præterea non
posse Christum nostram prædestinationem mere-
ri, probatur tercio. Id quod est temporalem, crea-
tum non potest esse causa æterni, & increati: sed
meritum Christi fuit temporale, & creatum, præ-
destinatio autem nostra æterna, & increata: ergo
meritum Christi non potuit esse causa illius.
Quarto ex doctrina S. Thom. supra qu. 22. a. 3. Deus
in sua providentia nullam medium adhibet, sed
per seipsum proxime rebus prouidet, tamen ad
executionem secundis causis utatur: ergo in præ-
destinatione non habuit rationem alicuius meriti
Christi, aut alterius sancti.

Secunda opinio est recentiorum quorundam,
qui, licet concedant Christi meritum fuisse cau-
sam prædestinationis, & delectionis, qua Deus
prædestinauit, & dilexit nos; nihilominus affir-
mant, non fuisse causam nostræ electionis: inter
dilectionem enim, & electionem hoc discrimen
constituunt cum S. Tho. a. 4. huius quod dilectio
solum est amor, quo Deus alicui vult bonum ab-
que comparatione, & respectu ad alios: electio
autem cum sit, dilectio vnius præ alio, ad alios et-
iam refertur: licet autem meritum Christi fuerit
causa dilectionis, qua Deus dilexit nos, non tamen
fuit causa, vt hunc potius, quam alium diligeret:
ad hoc enim necesse erat ipsum esse causam, vt
quidam extraherentur à massa perditionis, alij
vero in ea manerent: Christus autem non fuit
causa; vt aliqui in ea manerent: ergo neque
vt alij ab ea per electionem extraherentur. Se-
cundo quia Christus non fuit causa, vt huic po-
tius, quam alteri hæc potius gratia, quam alia
tribueretur, siquidem non magis vno, quam
alteri sua merita applicauit: aut si alicui magis
prodesse voluit, & pro illo peculiariter orauit,
non ideo fuit causa, vt Deus eligeret ipsum, sed
potius contra, quia Christus nouit illum ele-
ctum fuisse à Deo, pro illo peculiariter orauit,
& merita sua, ei potius, quam alteri prodes-

Ecc 3

se vo.

Driedo.
Franciscus
Sonninus
Secundum
argumentum
pro 2. a.

3.
Ex eo probat
recentiores
nullum iust
mereri posse
prædestina-
tionem alie-
rius.

Durand.
Secundo id
probatur.

Tertio proba-
tur.

Quarto pro-
batur.

Secunda opi-
nio concedit
Christum
fuisse causam
prædestina-
tionis, non
electionis.

4.
Prima ratio.

Secunda ratio.

Confirmatur ex Scriptura. Ieron. 17. Adrianus. Ruffellius.
se voluit: non enim debuit voluntas diuina humana, sed humana diuina conformari; quare hæc electio, & distributio in sola Dei voluntate posita fuit vti dicit Christus dixisse videtur Ioan. 17. illis verbis: Pater, manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi quærant, & tu mihi illos dedisti, quem locum explicat Adrianus primus in Epistol. 1. ad Episcopos Hispanie de iis, quos Deus electione sua æterna Filio suo dedit.

Paulus ad Hebraeos 2. Isaia 8.
5.

Ad Ephes. Math. 20.

Hoc eodem sensu Paulus ad Hebr. 2. de prædestinatis intelligit illud Isaia 8. Ecce ego, & pueri mei, quos dedit mihi Dominus. Nam si Christus merito suo obtinisset, ut hic potius, quam alius per Dei electionem & prædestinationem sibi daretur in fratrem, & puerum, non diceret, Quos dedit mihi Dominus, sed, quos merito meo mihi comparauit. Et ad Ephes. 1. postquam dixit, Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. &c. Subiungit, Secundum propositum voluntatis sue, ut ostenderet ex solo Dei beneplacito, non ex meritis Christi, nostram pendere electionem. Huc etiam spectare videtur illud. Sedere autem ad dexteram, vel ad sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo, & illud ad Ephes. eodem 1. c. in qua etiam (scilicet in Christo) & nos forte vocati sumus. Ideo enim dicit, forte nos fuisse vocatos, ut ostendat ex nullis meritis factam fuisse hanc electionem. Hæ rationes, & testimonia, si alicuius momenti sunt, non solum probant electionem ad gloriam non fuisse factam ex meritis Christi, sed neque electionem ad gratiam.

Tertia opinio Scoti.

Tertia opinio est Scoti in 3. d. 19. qu. 1. §. in ista questione, & §. Sed hic sunt, in fine: qui hoc ordine instantia rationis in Dei præscientia, & providentia disponit. In primo ait Deum se ipsum intellexisse; in secundo intellexisse omnes creaturas; in tertio quosdam ad gloriam, & gratiam prædestinasse, circa alios vero se habuisse negatiue; in quarto vidisse eos casuros in primo Parente; in quinto providisse illis remedium per Christi passionem. Ex qua serie, & ordinatione sequitur, nullam fuisse prædestinationem ex meritis Christi: nam quamuis Scotus doceat Christum fuisse primum omnium prædestinatorum ante Adam peccatum præuissum, asserit tamen merita Christi post præuissum peccatum primi parentis erga homines fuisse ordinata, & ita post eorum prædestinationem: ac proinde, licet in executione meritum Christi fuerit causa omnis effectus prædestinationis, non tamen, fuit causa in intentione, ut homines eligerentur, & prædestinarentur. Hanc sententiam amplecti videtur Almainus in eadem d. 19. quæst. 1. post 4. conclus. & Maior. quæst. 1. in 3. argumento: potest autem confirmari aliqua ex rationibus superius factis. Hæ sunt varie opiniones, quæ in hac controuersia minus probabiles videntur, quam in hoc capite sigillatim refutare, non est necesse, in sequenti enim confirmantes veriorum Theologorum sententiam, harum omnium falsitatem ostendemus.

Almainus. Maior.

CAPVT II.

Meritum Christi fuisse causam nostræ prædestinationis, & electionis, auctoritate probatur.

PEr antiqua Theologorum sententia, quam ego Catholicam existimo, est, non solum Christum nobis meruisse, ut à Deo diligeremur, & prædestinaremur per gratiam eius ad gloriam sed etiam, ut eligeremur ex massa perditionis electio-

ne gratiæ: de electione vero ad gloriam cap. seq. nonnihil dicemus. Hæc sententia de electione gratiæ, & prædestinatione, & auctoritate solum in hoc cap. nobis probanda est in sequentibus enim ratione confirmabitur. In primis vero ex Scholasticis plures, & nobiliores eam expresse tradiderunt, cum asserunt, Christi prædestinationem esse causam nostræ prædestinationis, sic docet S. Tho. 3. p. q. 24. Caiet. & recentiores Thom. 8. Thom. 1. in eum art. Alexan. 3. p. q. 3. mem. 5. Bon. in 3. d. 1. c. 1. q. 3. Albert. d. 10. a. 4. q. vlt. Dur. q. 3. Paul. q. 1. a. 3. com. 2. & 3. Præmittunt autem distinctionem, quandam hoc modo. Aut prædestinatio capitur pro actu ipso in mente Dei aut pro effectu ipsius: si pro actu in mente Dei, dicunt prædestinationem Christi non fuisse causam nostræ prædestinationis, quia fuit vnus, & idem actus vtriusque prædestinationis in Deo, si vero vsurpetur pro effectu, asserunt Christi prædestinationem fuisse causam nostræ: quia ipse Christus fuit causa omnium gratiarum, quas nobis prædestinavit Deus, id quod sufficere arbitrantur, ut Christi prædestinatio dicatur causa nostræ. Nam ut disput. q. ca. 1. notauimus, cum quaerimus causam prædestinationis, non quaerimus causam ipsius diuini actus, sed causam gratiarum, quas Deus prædestinavit. Eandem sententiam sequutus est Gabriel nulla distinctione præmissa, in 3. d. 19. a. 2. post 4. conclus. vbi sententiam Scoti ex professo refellit.

De electione autem gratiæ ex massa perditionis nihil expresse asserunt prædicti Doctores, metamen sententia eandem rationem illius esse estimant, atque prædestinationis. Porro eandem opinionem non solum quoad prædestinationem nostram, verum etiam quoad electionem emicuantur Vega lib. 4. in Concil. Tridentin. c. 5. in fine. Vi-guerius de institutionibus Theologicis cap. 20. §. 8. vbi circa finem: Catherinus lib. 1. de eximia prædestinatione Christi sub finem, & lib. 2. in principio, & Gaspar Callaeus lib. 1. de quadripartita iustitia cap. 4. tametsi hic auctor non modo putet Christum promeruisse nostram electionem, & prædestinationem ex parte effectus, sed etiam ipsum actum incrementum in mente Dei, quem recentiores aliqui sequuntur qua vero ratione hoc falsum sit infra ostendemus.

Iam vero Scripturæ testimoniis hanc sententiam comprobemus. Primum testimonium est ad Ephes. 1. vbi dicitur, Elegit nos in ipso (id est Christo) ante mundi constitutionem, ut essemus sancti. Vbi cum Paulus vtrius nomine electionis, quæ est separatio illa à massa perditionis, in qua multi relictæ sunt, non est cur negemus electionem nostram fuisse ex meritis Christi, non solum quatenus dilectio, & prædestinatio dicitur, sed etiam quatenus electio nuncupatur: si quidem dicimur à Paulo non solum in Christo dilecti, & prædestinati, sed etiam electi. Cæterum Adamus, qui oppositam sententiam defendit, existimat particulam, in non significare eo loco causam meritariam, sed duplicem alium sensum adhibet. Alter est, ut dicatur electi in ipso, sicut etiam in ipso cõditi, aut creati, tunc autem particula in, veram causam effectus significat, sed ad Christi diuinitatem refertur. Alter sensus est, elegit nos ad habendam fidem in Christo.

Fallit tamen hic auctor, & opinionem minus probabilem, imo & temerariam falsis interpretationibus contra sensum antiquorum Patrum defendit.

Grati.
Chryso.
Ambr.
S. Thom.

9.
Particula
Insequentes
significat Per
in Scriptura.

Ad Ephes.
2. ad Tim. 1.
Cus. Trid.

Chrysost.
Irenaeus.

Thom.

10.

In Christo
secundum hu-
manitatem
demonstrat
ele-

Chrysost.
Irenaeus
in Christo se-
cundum di-
uinitatem.

Per electio-
nem quodam
modo.

defendere conatur. Nam Graeci omnes cum Chry-
sost. plane docent particulam *In*, Graece *ἐν*, eo lo-
co causam significare, & poni pro particula *propter*,
hoc est, *Per*, eundem sensum sequuntur ex Lati-
nis Ambr. & S. Thom. quocirca Adamus frustra
interpretatur, nos fuisse electos, ut crederemus
in Christum. Est autem frequens in Scriptura &
in eodem praesertim cap. particulam, *In*, signifi-
care, *Per*; ut cum dicimus, *In Christo*, perinde sit,
atque, *Per Christum*. Sic intelligunt omnes illud
eiusdem cap. *Gratificauit nos in dilecto filio suo*, & rur-
sus, *In quo habemus redemptionem*, & infra: *In quo &
forte vocati estis*. Ad Ephes. etiam 2. dicimus creati
in operibus bonis in Christo 2. ad Tim. 1. *Sed se-
cundum gratiam, quae data est nobis in Christo Iesu*, &
Concil. Trid. sess. 6. cap. 16. appellat opera facta
in Christo, quae gratia ipsius facta sunt. Neque
vero obstat, quod praedicti Graeci Patres illud, *E-
legit nos in ipso*, interpretentur hoc modo, per eam
scilicet fidem, quae in ipsum habenda erat quon-
iam prius exponentes illud, *Omni benedictione in
Christo*, aperte dixerunt, Christum fuisse media-
torem, per quem Deus benedixit nos omni be-
nedictione, & perinde esse cum dicit Paulus, ele-
git nos in ipso, ac si diceret, per quem nos bene-
dixit, per eundem elegit. Id quod clarissime ex-
pressit Photius apud Oecumenium explicans il-
lud, *Omni benedictione*, his verbis: *Benedixit per filium,
elegit per filium, charos affectu per filium*. Quod si parti-
cula, *In* causam denotat & ponitur pro *Per*, neces-
se est, causam illam referri ad Christum secundum
humanitatem, non secundum diuinitatem:
ac proinde sit, ut meritum Christi ex mente Pauli
fuerit causa nostrae electionis. Sic ad humanita-
tem referant Patres allegati cum dicunt, Chri-
stum esse mediatorem nostrae benedictionis &
electionis, mediator enim non est secundum di-
uinitatem. Idcirco idem Photius sic ait: *Quomodo
per filium*. Respondet: *O rem admirandam per san-
guinem ipsius*. Et ratio est manifesta: nam cum Pau-
lus sermonem instituit de negotio nostrae iusti-
ficationis, & eam vel aliquid illius tribuit Christo
in eum ut in mediatorem refert, alioqui si liceret
semel de Christo secundum diuinitatem ea loca
interpretari, possemus etiam semper hoc modo
intelligere. Quare cum dicimus creati in bonis
operibus in ipso, cum sit sermo de gratia bene-
operandi, & recte viuendi, quae est gratia Christi,
ut ait Aug. ep. 105. & cum ipso Patres Africani
epist. 90. & 95. eius humanitari, quae eam gratiam
nobis meruit adscribendum est. Cum vero di-
citur ad Coloss. cōditi in Christo, quod de crea-
tione & productione naturae est intelligendum,
tribuitur Christo secundum diuinitatem, secun-
dum quam est causa omnium rerum, in eo nam-
que dicuntur omnes factae & creatae Io. 1. non ta-
men secundum humanitatem quia illa nec est
causa effectrix nostrae naturae ut patet, nec merito-
ria iuxta Aug. epist. illa 105. ubi ait Christum non
fuisse mortuum, ut homines, conderentur, sed ut
iustificarentur, unde colligit, gratiam creationis
nō esse ex merito Christi. Cum ergo Paulus ple-
no ore dicat, nos electos esse in Christo quis au-
deat negare, electionem nostram fuisse ex meri-
tis Christi: Ceterum aliqui ut secundum illam
tueantur sententiam intelligit hanc electionem
non ea ratione qua electio est relatio ad alios,
sed quatenus electio aut praedestinatio est. Ne-

scio tamen, qua ratione liceat, ita vocabulo abuti:
cum Graeci Patres, praesertim Photius a nobis ci-
tatus dicant non solum nos fuisse per Christum
praedestinos, charos effectos, seu dilectos, sed
etiam electos. Ex dictis colligere licet interpre-
tationem quam Anselmus amplectitur, non esse
secundum mentem Pauli, qui illud *In Christo*, in-
telligit hoc modo, *Ut finis membra ipsius Christi*: &
illud *Omni benedictione*, explicat benedictionibus,
quae contingunt iustis, & coniunctis iam Christo,
quae sane expositio textui Pauli quadrare non po-
test cum omnis benedictio ibi intelligatur non
solum quae datur iustis, sed etiam, quae Deus prae-
benit iniustis, & nondum Christo coniunctos
ut sint sancti, & Christo etiam, ut membra illius,
connectantur: ideo namque dixit Paulus, *ut esse-
mus sancti*.

Quod autem haecenus probauimus, intelli-
gitur de electione ad gratiam, quae scilicet Deus de-
creuit aliquos ex massa perditionis, gratuita, &
congrua sua vocatione eripere, aliis in ea relictis.
De hac enim intelligendum esse hunc locum Pauli
ad Ephes. 1. ex mente omnium interpretum o-
stendi disputatione 89. cap. 11. quare non minus
ex eodem loco probatur, voluntatem Dei effica-
cem, quae voluit quibusdam dare gratiam suam
congruam, fuisse ex meritis Christi, quatenus di-
lectio quaedam est. Sicut enim in ipso elegit nos,
in ipso etiam dilexit nos; electio enim electorum,
fuit etiam eorum dilectio. Si vero sermo sit de e-
lectione ad gloriam, ex hoc loco non potest de-
monstrari, fuisse ex meritis Christi, cum de ea ibi
Apostolus non loquatur, optima tamen ratione
capite sequenti idem de ipsa deducemus.

Secundo ex eodem cap. 1. ad Ephes. probatur,
Christi meritum fuisse causam nostrae praedesti-
nationis. Dicit enim Paulus, *Qui scilicet Deus
praedestinauit nos adoptionem filiorum Dei per Iesum
Christum in ipsum*, quo nihil clarius dici potuit,
nisi quod Adamus suae sententiae nimium tenax
particulam, *per Christum*, quae manifeste causam
ex meritis Christi indicat, alio detorquere cona-
tur. Refert enim eam non ad verbum *praedestina-
uit*, sed ad aliud, *in adoptionem filiorum Dei* ut sit sen-
sus, praedestinauit nos in adoptionem, quam per
Christum eramus adepturi, & videntur fauere non-
nulli Patres. Hieron. in magna commentarii illius lo-
ci, ubi ait beneplacitum Dei fuisse, nos eligere, ut
essemus sancti, & haberemus adoptionem filio-
rum Dei: neque aliam causam nostrae electionis
exprimit. Unde Oecumen. in illum locum in-
quit: *Magnum est adoptari, maius autē est, id per filium
mediatorem adeptum fuisse*. Quibus verbis illud *per
Christum*, ad adoptionem refert, non ad praedesti-
nationem. Tandem ad stipulat Chrysost. cum
asserit, Dei fuisse praedestinare, Christi autem
reconciliare; ubi Christo non tribuit praedesti-
nationem, sed reconciliationem, quae est ipsa ad-
optio filiorum Dei.

Sed effugium hoc Adami frivolum esse, facile
deprehendemus, si recte intellexerimus discrimen
inter gratiam, & praedestinationem, quod saepius
ex August. li. 1. de praedest. Sanct. ca. 10. retulimus,
videl. praedestinationem esse praeparationem, aut
praefinitionem gratiae in praescientia gratiam ve-
re esse ipsam donationem in tempore. Sic eodem
modo praedestinatio in adoptionem est praefini-
tio, aut praeparatio adoptionis in praescientia: ad-
optio.

II.

De electione
ad gratiam
non ad gloriam
loquitur
Paul.

12.

Secundum
Irenaeum.

Adami effu-
gium.

Hieronym.

Oecumen.

Chrysost.

Frivolum est

13.

Ecc 4 optio

optio vero est ipsa iustificatio, quæ donatur in tempore. Hinc fit, ut si adoptio nobis per Christum datur in tempore, sicut omnes Catholici fateri debent, ipsa etiam adoptio per Christum, hoc est, ex meritis ipsius fuerit præfinita. Nam ut monuimus disp. 89. cap. 9, id quod Deus in tempore ex aliquibus meritis tribuit, ex eisde etiam prædestinavit: quia eodem modo prædestinavit, sicut in tempore donaturus erat.

Præterea cum Doctores inuestigant causam prædestinationis, ob quam dicatur aliquis prædestinatus, solum querunt causam primi effectus, qui ex prædestinatione in nobis fit, quod si illius inveniunt aliquam causam meritoriam, seu occasionem, prædestinationis, etiam eam concedunt neque in hac re August. vnquam à Pelagio, vel Semipelagianis dissensit: sed omnes eam causam prædestinationis concesserunt, quam in tempore esse dicebant primi effectus prædestinationis. Idcirco Photius, apud Oecumen. in 1. cap. ad Ephes. agens de benedictione spirituali per Christum inquit. *Quoniam modo?* & Respondet: *Sicut elegit nos ante mundi constitutionem: adeo vetus est nostra electio, ac benedictio.* Quid est ita esse antiqua benedictionem per Christum sicut est electio, nisi quia utraque in præscientia fuit? utramque vero dixit esse per Christum, quia sicut in tempore futura erat, ita in præscientia disposita fuit.

Huc etiam spectat illud. *Vocavit nos vocatione sancta non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia.* hoc est, antequam inciperet hæc tempora, quæ spacijs voluntur, quod perinde est, atque ab æterno. In quem locum Adamus sui non memor, ut oportebat, inquit, datam esse nobis gratiam à Deo ante tempora secularia per Christum: quia sicut Patet ab æterno prædestinavit, nos saluare; ita etiam modum nostræ salutis prævidit scilicet per Christum. Quem sensum sequuntur. *Theophil. & Oecum.* Non possum tamen non mirari, quomodo ex hoc loco Chrysost. & Theodor. colligant. Filij æternitatem, cum ibi sit sermo de Christo secundum humanitatem, iuxta ea, quæ supra notavi: sed Theodor. utrumque sensum amplectitur. Quare ita falsum existimo asserere Deum in sua præscientia non respexisse Christi merita, ut gratiam nobis prædestinaret, sicut affirmare, gratiam in tempore non fuisse nobis collatam intuitu eorundem meritorum.

Neque huic doctrinæ aduersantur, Hieron. Oecum. & Chrysost. superius allegati. Hieron. enim refert nostram prædestinationem in Dei voluntatem, neque aliam causam assignat; non ut excludat merita Christi, sed nostra. Oecum. vero, cum asserit nos fuisse consequutos adoptionem filiorum Dei, illud, *per Christum*, ita refert ad adoptionem, ut non excludat à prædestinatione, sicut ex dictis manifestum est. Denique cum Chrysost. ait, Dei fuisse prædestinare; causam effectricem denotat, quæ fuit solus Deus: solus enim prædestinare dicitur, etiam si ex meritis alterius prædestinet. Nam qui prædestinationem mereretur, non dicitur prædestinare. Cum vero subiunxit, Christi fuisse reconciliare, plane indicat causam meritoriam iustificationis nostræ in tempore, ac proinde causam eiusdem in æterna præscientia, ut notatum est.

Tertio demum ex eodem capite, & testimonio ad Eph. 1. quo aduersarij oppositam confir-

marunt sententiam, hæc nostra opinio non obscure deducitur. Dicit enim Apostolus, *In quo scilicet Christo, & nos sorte vocati sumus:* cum dicit: *Sorte:* non tantum indicat nulla merita ex nobis præcessisse, ut vocaremur: sed etiam vocationem nostram fuisse ex electione, quæ quibusdam aliis in massa perditionis relictis, nos sorte vocavit. Sors enim, non omnibus, sed quibusdam ex multis contingit, & in ea quidem aliis præferuntur. Nomine ergo sortis optime denotavit beneficium nostræ vocationis non fuisse omnibus commune, sed nobis peculiare: & cum dicatur collatum nobis in tempore per modum sortis in Christo, hoc est, per Christum, sequitur nos fuisse electos in tempore ad gratiam vocationis per Christum, quod si in tempore electi sumus per meritum eius, ab æterno etiam eodem modo fuimus: sicut enim, quia Deus vocat in tempore per merita Christi, decreuit in præscientia ex eisdem meritis vocare: sic etiam, si elegit in tempore per Christum, per eundem decreuit eligere. Porro autem particulam *In eo loco* significare causam, & poni pro *Per*, patet ex contextu, nam paulo superius dixerat Paulus de Christo: *In quo habemus redemptionem: & instaurare omnia in Christo,* & statim subiungit, *In quo etiam, & nos sorte vocati sumus,* quibus in locis particula *in*, idem est, quod *per*, ut aduersarij fatentur.

His omnibus adde, quod cum Aug. contra Pelagianos, & Semipelagianos contendit prædestinationem gratiæ in nobis non fuisse factam ex vllis meritis nostris, ut in lib. de prædest. Sæc. & alibi sæpenumero de eadem gratia loquitur, quam volebat, ut Pelagius concederet: hanc autem vocat gratiam Christi in Epist. 107. & 93. quia per Christi meritum eam habemus, & ideo dicere possumus cum Apostolo: *Si Deus pro nobis, qui contra nos: qui proprio filio suo non pepercit, sed pro omnibus tradidit illum.* Quibus denotat gratiam hanc, quam nobis Deus sine nostris meritis prædestinat, esse ex meritis Christi: cumque ea ab æterno fuerit prædestinata, ex meritis illius etiam erit præfinita. Tandem de dilectione, quæ Deus dilexit nos, idem sequitur, si de ea loquamur, quæ Deus efficaciter nobis dare decreuit gratiam hanc, nimirum fuisse etiam ex meritis Christi, sicut ipsam electionem, & prædestinationem: in his enim ratio quoque dilectionis continetur. Atvero si de ea dilectione loquamur, quæ antecedenti voluntate, & simplici, omnibus hominibus deus remedium desideravit, præuiso peccato Adami, ea non fuit ex meritis Christi, imo ex illa Christum prædestinavit, ut nobis remedium afferret, ex hac tamen solum non fuit nobis in tempore aliqua gratia collata.

CAPVT III.

Christum meruisse nostram electionem, ratione probatur.

Dilectio eo differt ab electione, quod solum circa dilectum versatur, cui aliquid bonum absolute volumus, nec ad illos, qui non diliguntur, vllum respectum habet: at vero electio est dilectio vnus præ alio, ac proinde ita circa electum versatur, desiderans ei bonum, ut alios etiam respiciat, quibus ipse dilectus præferatur. Idcirco est, aliquem eligi ad dignitatem, seu bonum, quod ab aliis secerni, & separari, quibus idem bonum non cõceditur, Ex hac definitione, quam

Causa prædestinationis est quicquid est causa primi effectus ipsius.

Photius.

14.

2 ad Tim. c. 1.
Alius Pauli
locus in eodem
sensu exponitur.

Adamus.

Hieronym.
Oecumen.
Chrysost.
Theodor.

Patet nihil
docent contrarium.
Hieronym.
Oecumen.
Chrysost.

15.

Tertium testimonium.

infiatur facile demonstrabimus electionem nostrā à massa perditionis ex meritis Christi factam fuisse in tempore, & præfinitam in præscientia. Cum enim omnes simul essemus eodem modo in primo parere damnati, & eandem sententiam subituri, non omnes, sed quidam ex illa cōmuni massa fuimus separati, gratia congrua, & efficaci vique ad finem vitæ: ergo quidam fuimus præ aliis electi: sed gratia qua fuimus separati, ne cum aliis damnati maneremus, fuit per Christum: ergo per Christum à cōmuni massa electi sumus: quod sita in tempore factū est, nemo ambigat in præscientia eodem modo fuisse decretum.

Neque vero, ut quispiam sit causa eligendi aliquem ex multis damnatis, opus est, ut ipse ita sit causa relinquendi alios obnoxios penæ, sicut est causa aliquem illorum liberandi: sed eo ipso, quod vnum liberat, aliis relictis in damnatione, in qua erant, ille dicitur eligi meritis, & intercessione precantis, qui alias non liberaretur, neque eligeretur.

Præterea, ut quis sit causa eligendi vnum ex multis non oportet esse causam, ut vnus potius, quam alius liberetur, quod peculiariter pro eo intercedat, sed satis est, si ipse pro omnibus etiam orat, & iudex precibus inclinatus vnum aut alterum concedat, quem alioqui à morte non liberaret. Tunc enim vere diceretur ille, precibus fecerit cōmuni penæ, & damnatione, quam cum aliis merebatur, & pateretur. Sic autem se habuit Christus qui cū pro omnibus passus fuerit, merito mortis suæ & orationis liberavit, quotquot ex massa perditionis, aliis in ea relictis, salui facti sunt; qui sanè alias nec fecerentur, nec saluarentur, nisi Christus pro cōmuni omnium causa mortuus esset: sicut expresse tradunt *Leo primus serm. 1. de passione, & in epist. 12. Aug. serm. 8. de verbis Apostoli Fulgentius libro de incarnatione & gratia cap. 7. Photius in epist. de 7. Synodis*, quæ habetur tomo 1. Concilii in principio vel, tom. ante 7. Synodum. Ex eo vero, quod asserimus, Christum fuisse causam nostræ electionis, hoc est, ut ex cōmuni massa eligerentur, non recte colligitur, fuisse causam, vel ex parte sua aliqui fecisse, ut hi potius, quam alii à cōmuni damnatione liberarentur: sed solum sequitur, hos, qui de facto liberati sunt, electos fuisse ut ita absolute dicendum sit, fuisse per Christum, & per meritum ipsius non solum dilectos, sed ab aliis etiam separatos, & electos; id quod de omnibus ab initio mundi electis, intelligendum est.

Ceterum nō solum hoc modo Christus fuit causa nostræ electionis, sed etiam ut nonnulli potius eligerentur, quam alii: quia peculiari ratione merita sua ipsis applicauit, & pro eis orauit. Nam ut quid præ licet, si de Patribus veteris testamenti loquamur, qui merito passionis Christi futuro electi fuerunt, & salutem consecuti, nulla fuerit ex parte Christi peculiaris causa, ut ipsi potius eligerentur, quā alii, ex his tamen, qui post eius incarnationem fuerunt, ego non dubito Christum peculiari oratione, & voluntate merita sua illius applicasse, qui prædestinati, & electi fuerunt, ac propterea eos potius, quam alios electos, & prædestinatos fuisse. De quibusdam vero hoc certissimum est. *Luc. enim 22. Christus orauit pro Petro, ut non deficeret fides eius & Ioannis 17. pro Apostolis peculiariter orauit, nec solum pro illis, verum*

etiam addidit: *Non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi*, forma autem orationis fuit, *Non rogo, ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos à malo*, qua oratione illorum perseverantiam à Deo postulauit. Quis autem negare audeat, Christum hac oratione vere meruisse Apostolis gratiam congruam, & efficacem, quā vsque in finem perseverarent, atque in ea oratione exaudiri fuisse pro sua reuerentia: cumque pro illis potius, quam pro aliis orauerit, certum esse debet, illis potius, quam aliis hanc gratiam obtinuisse. Quod si in tempore propter merita Christi peculiariter ab ipso applicata, hæc gratia Apostolis concessa fuit, nemo dubitet in æterna electione intuitu huius orationis futuræ, his potius, quam aliis eandem præparatam fuisse.

Quod vero Iudas illam non habuit, etiam si tunc inter Apostolos esset, mirum nō est: nam & ipse Christus tanquam iam damnatum illum exclusit: *Quos dedisti mihi (ait) custodiui, & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis, ut Scriptura impleatur. Illud vero eiusdem c. 17. Ioan. Non pro eis autem rogo tantum, scilicet Apostolis, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes vnum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis vnum sint*: quod videtur de omnibus fidelibus intelligendū, non continet ita efficacem orationem pro omnibus fidelibus, sicut fuit ea, quam pro Apostolis factam esse diximus. Quocirca non fuit in ea pro omnibus Christus exauditus, ut omnibus perseverantia concederetur, quibus vnitas in fide donata fuit. Cur ergo id, quod pro Apostolis tū fecit Christus, non cōcedemus pro omnibus prædestinatis fecisse, ut peculiari modo sua merita illis applicaret, & perseverantiam eis obtineret? nam si multi sancti pro aliis orantes cōuersionem eorum & perseverantiam impetrarunt, cur dicemus, Christum pro omnibus prædestinatis non orasse, & peculiari sua oratione tantā gloriam, & gratiam illis obtinuisse: utpote, qui recte omnes nouerat, & sibi præfentes habebat.

Denique cum singulari vocatione Matthæum & ceteros Apostolos, Magdalenam, Zachæum, & reliquos vocauit, nemo inficiari potest, illis potius quam aliis virtutem suorum meritorum applicasse. Ex quo etiam fit, non solum Christum causam fuisse electionis prædestinatorum, verum etiam aliquos Sanctos, qui suis orationibus primam gratiam, & perseverantiam aliis impetrarunt, causam electionis eorum extitisse, & ex orationis ipsorum præscientia ab æterno electionem aliorum factam fuisse.

De iustis autem, & prædestinatis ver. testam. nō eodem modo sentiendum est: Christus enim non potuit peculiari aliqua ratione merita sua his potius, quam aliis applicare. Cum enim oratio non fiat pro præteritis, nō videtur, qua ratione his potius, quam aliis merita Christi applicari possent: nam quod gratiarum actione nō potuerit fieri peculiaris applicatio inferius ostendimus. Christus igitur merito passionis suæ optime persoluit, quicquid debitum erat pro gratia antiquis Patribus collata, ipse tamē causa esse non potuit, cur potius hic, quam ille eligeretur: fuit nihilominus causa electionis eorū, qui à massa perditionis in spe ipsius separati sunt, ut ex dictis colligitur. Ceterum obiciant aliqui hoc modo: quam Christus peculiariter pro quibusdā orauit, & eis applicauit

20.

Ioan. 17.

De omnibus prædestinatis idem dicitur.

21.

Aliqui sancti fuerunt causa electionis aliorum.

Qua ratione Christus fuit causa electionis antiquorum Patrum.

12.
Quorundam
ob id dicitur oc-
currere.

applicuit merita sua, gratiam ipsis impetraret: id tamen fecit, quia sciebat eos esse à Deo iam electos, non ut ob suam orationem à Deo eligerentur, ut ita potius humana Christi voluntas diuine se conformaret, quam diuina humanæ. Huic tamen obiectioni facile occurritur: nam si Christus illa sua oratione in tempore gratiæ illis obtinuit: pro quibus peculiariter orauit, id quod nemo inficiari potest, sequitur, ob eadem orationem, eos pro quibus orauit, potius quam alios ad gratiam Dei in præscientia electos fuisse: nam quod Deus in tempore ob aliqua merita donat, idem in eternitate ob eadem merita donat, & perseverantiam; sequitur nec in tempore ob eandem orationem, gratiam eis dedisse: eandem enim esse rationem meritum in tempore, & in eternitate, satis demonstrauimus disp. illa 89. cap. 9. ergo non ideo Christus orauit pro eis, quia electi sunt, sed ideo sunt ad gratiæ electi, quia Christus orauit, quem admodum Christus orauit quia gratia illis donanda erat, sic enim potius gratias ageret Patri pro beneficio, quod illis facere cogitauerat, sed pro eis orauit, ut illis potius quam aliis gratia daretur.

Non est im-
perfectio di-
uina volunta-
tis quod hu-
mana acqui-
escat.

Neque vero ob id yllam Deo tribuimus imperfectionem, si dicamus, diuinam voluntatem acquiescisse humanæ; nam ubi diuina spectat aliquis merita, ut eorum intuitu præmium aliquod tribuat, vel præparet; iuxta id, quod humana voluntas postulat diuina operatur, & ei quodammodo se conformat: idem de orationibus Sanctorum, quibus gratiam, & perseverantiam aliis obtinuerunt, omnino dicendum est. Nihilominus in hoc, quod Christus pro quibusdam orauit potius, quam pro aliis, humana Christi voluntas etiam diuinæ conformis fuit, & eam sequuta, quia scilicet bene nouit Christus eam esse Dei voluntatem, ut pro illis oraret: non tamen quia sciret, Deum ex se iam illos elegisse ad gratiam, qui ad hoc merita ipsius Christus expectare volebat: & hoc satis est, ut quamuis Christi meritum fuerit causa electionis quorundam potius, quam aliorum. Profunditatem diuini consilij cum Apostolo sic admiremur. *O altitudo diuitiarum, sapientiæ, & scientiæ Dei*: quia ex seipso nulla alia existente causa mittere voluerit filium suum in similitudinem carnis peccati, eiusque humanam voluntatem ad hoc mouerit; ut potius pro his, quam pro illis, oraret: atque eius orationis motus his potius quam aliis opitulari decreuerit. Neque hoc Christi meritum, etiam si condignum fuerit, ob stare potuit, quo minus gratia, quæ nobis intuitu illius donata fuit, vere sit gratia. Nam licet, si ad Christum referatur, non sit dicenda simpliciter gratia nobis tamen, qui nihil ex nobis obtulimus, simpliciter gratia, donatio, & misericordia dicenda est.

Gratia nobis
est gratia et-
iam si deus
ex meritis
Christi.

Alia obiectio
proponitur.

24.

Deinde arguet aliquis: sicut gratiarum actio, quam Christus Deo exhibiturus erat, fuit causa meritoria, ut Patribus veteris testamenti, Deus gratiam cōferret, cur etiam peculiaris gratiarum actio non potuit esse causa, ut his potius, quam aliis peculiaris gratia concederetur; & ita in vniuersum asseramus, meritum Christum peculiare fuisse quibusdam, ipsumque fuisse causam non solum electionis absolute, verum etiam, ut hi potius, quam alij, in veteri quoque testamento, eli-

gerentur: Nam sicut potest aliquis benefacere alteri propter gratiarum actionem, quam ab aliquo alio expectat pro beneficio collato, quo casu gratiarum actio mouet per modum meriti futurij, & in spe; sic etiam huic potius, quam alteri posset benefacere propter gratiarum actionem peculiarem, quam pro tali sperat beneficio.

Respondeo, quoties gratiarum actio non est effectus ipsius beneficii, bene potest illa in spe mouere per modum meriti, ac si præterita esset: sed cum est effectus beneficii, qualis est bonus usus gratiæ, non potest, ut disp. 91. cap. 6. monstrauimus; & ideo gratiarum actio, quam Christus exhibiturus erat, poterat esse meritum in spe, ratione cuius Patribus antiquis gratia donaretur. Potest etiam gratiarum actio futura esse causa, ut hoc beneficium potius, quam aliud alicui conferatur; similiter, ut huic potius, quam alteri. Si enim aliquis sciret, pro hoc beneficio maiores sibi agendas esse gratias, quam pro illo, & ideo, ut maiores ei gratiæ agerentur, maius donum tribueret: certe maior gratiarum actio in spe esset in causa, ut maius beneficium conferretur. Eodem modo si quis sciat maiores sibi referendas esse gratias, si huic potius, quam alteri faueat, ob hanc spem potest illi potius, quam alteri benefacere. At Deus nihil tale à Christo sperare potuit pro vno, quam pro alio beneficio, nam pro minima gratia, & beneficio, infinitæ ei gratiæ à magno Christo referendæ erant, cum minimum meritum illius, infiniti valoris esset: nec sperare potuit à Christo gratiarum actionem potius pro vno prædestinato, quam pro alio. nam pro quouis si eligeretur, idem omnino Christus perfolueret. Futura ergo passio ipsius, & merita non potuerunt esse causa, cur potius hic quam alius, ante ipsius aduentum, ad gratiam eligeretur.

Ea, quæ hæcenus diximus, solum probant electionem nostram ad gratiam, quæ scilicet Deus ab æterno decreuit, aliquos à massa perditionis liberare, fuisse factam ex meritis Christi, propter quæ in tempore quoque electis gratia illa donata est, quæ ex eorum massa extraheretur, aliis in ea relictis: & de hac tantum loqui Scripturam c. præcedenti notauimus. Porro electionem ad gloriam factam non fuisse ante merita Christi præuisa, facile potest ostendi. Primum si Paulus ad Ephes. 1. de ea loqueretur, ut aduersarij nonnulli fatentur, ex illo loco illos facile conuincemus: inde enim deduximus electionem, de qua Paulus loquitur, factam fuisse per Christum in præscientia.

Tum etiam contra eos agere possumus eisdem argumentis, quibus disput. 89. ca. 9. & 11. demonstrauimus, hanc electionem non fuisse à Deo præfinitam ante merita nostra præuisa: eisdem enim probatur manifeste, nec ante merita Christi, quorum virtute nos etiam merita vite æternæ eramus habituri; alioqui sicut nostra merita nihil operarentur ad gloriæ consequutionem, si electio ante illorum præscientiam facta esset, ut ibidem monstrauimus; ita nec merita Christi, quod est absurdum. Quod si electio nostra ad vitam æternam ex meritis nostris facta est, quia ex illis in tempore eam sumus consequuti, sit ex meritis etiam Christi facta fuerit: nam merita nostra ex meritis Christi in tempore procedunt, non nostra ex meritis Christi in tempore procedunt, deinde.

Ad hæc, absurdum sane videtur asserere, Deum decre-

decreuisse, iamnam regni cœlorum peccato primi parentis toti generi humano præclusam, alicui referre, donec præficeret Filium suum superato peccati, & mortis imperio dicturum. Eleuamini porta æternæ, & introibit Rex gloriæ. Nam qui primogenitus erat futurus omnis creaturæ, quique sanguine suo confracturus erat feras inferni, & suo proprio merito cœlum ingressurus, atque alios etiam filios in eandem quoque gloriam adducturus, primus omnium à Deo præcisi debuit in gloriam destinatus, & electus, ante ceteros, quorum ipse redemptor, & caput futurus erat.

Hæ sane rationes saltem probant, non prius Deum præfuisse voluntate, & decreto efficaci alicui beare: quam viderit verbū carni unitum passum, & gloriosum: sed hac voluntate efficaci quolibet nostrum, qui glorificandus est, ex meritis illis fuisse dilectum, ac proinde dilectionem nostrā efficacem ad gloriam, ex præscientia meritorum Christi fuisse. Porro hanc dilectionem, quatenus electio est, ex meritis etiam Christi ortam fuisse, eadem ratione probatur, qua demonstrauimus, electionem etiam ad gratiam ex meritis illius factam fuisse. De applicatione vero meritorum Christi, vtrum ante opera, & merita nostra, an ipsis iam factis, fieri debeat, vt gloria eis reddatur, non est huius loci, sed de hac re fusius differemus 1.2. q. 113. & q. 114. nunc autem nobis sufficiat, probasse, voluntatem efficacem alicui beandi, ex præscientia applicationis meritorum Christi ortam habuisse.

Neque huic nostræ doctrinæ quidquam obstant Scripturæ testimonia, quæ cap. 1. pro secunda opinione allata sunt. Quod enim iustificati, dicantur Christo dati à Deo, non obest, quo minus merito passionis suæ, illos obtinuerit: imo & illos potius quam alios: sicut enim dicuntur à Deo iustificati, etiam si merito Christi sanctificati fuerint, ita etiam dicuntur à Deo dari, etiam si Christus meritis suis à Deo eos obtinuerit. Negare tamen nō possumus, Christum iure redemptionis, & merito condigno ita illos sibi comparasse vt eorum iustificatio non fuerit ipsi gratia, sed merces condigne reddita, non ex misericordia donata; tametsi ipsis iustificatis, & redemptis gratia fuerit, & pura misericordia: quia ex ipsis nihil, nisi miseria præcessit. Neque vero vllus interpretum est, qui testimonia illa Scripturæ in sensu, quem aduersarij comminiscuntur, intelligat, & multo minus illa duo ad Ephes. 1. quod enim dicuntur à Christo electi secundum propositum voluntatis Dei, nemo ita explicat, vt ex solo Deo electio præcesserit, sed propositum vocant voluntatem, quam habuit Deus iustificandi electos, quam frequenter ita appellat August. vt notat disp. 88. cap. vlt. ideoque Aug. vocationem electorum sæpius dicit esse secundum propositum, quia congrua est, vt Deus propositum iustificandi exequatur. Deinde cum dicuntur ad Eph. 1. *Sorte vocati*, non ideo dicuntur quia solo nutu Dei, non intuitu meritorum Christi, vocari sumus; sed quia sine vllis nostris meritis vocamur, vt omnes Latini exponunt, imo non obscure ex eodem loco supra probauimus, nostrā electionem ex meritis Christi fuisse.

Deinde illud Matth. 20. quis vnquam ita, sicut aduersarij, intellexit? nō enim dixit Christus, non esse suum dare regnum cœlorum electis, & præ-

destinatis, qui Luc. 22. dixit, *Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus. vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo*: vbi de humanitate loquebatur, vt indicant illa verba: *sicut disposuit mihi Pater*: sed dixit non est meum dare vobis, qui iure cognationis dexteram, & sinistram petitis: ob id tamen non negauit, suum esse, dare iis, quibus paratum erat à Patre æterno: imo id plane affirmavit, cum subiunxit; *Sed quibus paratum est à Patre meo*: præsertim si particula græca *καὶ*, posita sit pro *quia*, Latine *nisi*, sicut idem Vulgatus vertit Marci. 9. in illis verbis, *neminem viderunt, nisi Iesum solum*; imo & particula *sed*, Latine eam vim habet, vt affirmet id, quod antea negatum erat: quemadmodum si à iudice quis petat coronam, quam non meruit, & iudex respondeat, non est meum dare tibi, sed iis, qui eam fuerint promeriti. Quem sensum sequuntur Græci in eum locum, ex quo potius nostra colligitur sententia, quam opposita.

Postremo id, quod adducitur ex S. Tho. solum probat Deum in sua æterna electione, nullū consiliarium sibi adhibuisse, sed per seipsum de rebus faciendis prouidisse: ceterum non negat, Deum in sua electione merita aliqua respexisse, vt aliquid definiret: hoc enim non est vti aliquo medio in suo consilio, & prouidentia.

CAPVT IV.

Merita Christi fuisse causam nostræ prædestinationis, ratione ostenditur.

I Am vero ex superioribus liquet, merita Christi fuisse causā prædestinationis nostræ in eundem sensum, quo disp. 9. ostendimus, nullam ex parte nostra esse causam meritoriam, aut disponentem ad illam. Nam sicut ex parte nostra nulla fuit huiusmodi causa primi effectus prædestinationis nostræ, & ideo nostræ prædestinationis non fuimus causa: ita etiam, cum Christi meritum, & oratio causa fuerit omnis gratiæ, quæ nobis concessa est, & prædestinatione præparata: sequitur causam fuisse nostræ prædestinationis: hæc enim nihil est aliud, quam donorum gratiæ preparatio. Idem dicendum est de orationibus Sanctorum, propter quas alii vocati, & perseverantiam consequuti sunt. Ille enim, qui causa est meritoria, aut impetratoria primæ vocationis, totius etiam effectus dicitur causa, si ab illa prima vocatione effectus prædestinationis incipiat. Inde autem incipere nostram prædestinationem non vt aduersarij, contendunt, ab ipsismet orationibus, & meritis Christi, aut alterius sancti, c. seq. fasius ostendam. Nunc vero supposita eorū sententia, qui docent, effectus prædestinationis ab ea gratia incipere, quæ nobis conceditur, recte probatum est prædestinationis nostræ dari causam meritoriam, non ex parte nostra, sed Christi, aut alterius Sancti: & ita eorum orationibus, atque meritis aliter quam nostris prædestinationem nostram adiuuari. Hæc namque adiuuat prædestinationem nostram consummando tantum merita propria, & perseverantiam: orationes vero Christi, aut alterius Sancti, etiam prædestinationem ipsam, hoc est, effectus illius inchoando.

In confirmationem tamē huius sententiæ sufficit, vt cōtra Capreolum, Ferrar. & alios, qui primam

Luc. 22.

29.

S. Thom. explicatur.

30.

Fidem, & ad munem dis-

positionem ad
iustificationem
nobis meritis
Christus.

primam sententiam tuerentur, probaremus Christum meruisse nobis fidem, omnemque bonum motum animæ, quo ad iustificationem aliquo modo disponimur; hoc autem nunc, ut notum suppono, adeoque verum esse censeo, ut oppositum, contra fidem nostram errorem existimem: id tamen ex professo probandum est, 1. 2. q. 11. art. 2. & 3. p. q. 19. ubi contra hæreticos nostros, sæculi fastus etiam explicabitur, quando, & quo pacto, & ad quos effectus merita Christi nobis impurentur, seu applicentur. Nunc vero dicta sufficiant, iam enim nemo est, qui negare audeat, Christum fuisse promeritum nostram prædestinationem ea ratione, qua Diedo & Adamus negant; quia scilicet meritum illius non fuit causa fidei, & aliarum dispositionum ad iustificationem: sed, si aliqui id negant, alia ratione in eam sententiam adducuntur, contra quos satis hæcenus disputauimus, & in solutione argumentorum aliquid etiam dicemus.

31.
Christi meruisse actum
in creatum
prædestinationis
quidam dicunt.
Casp. Casp.

Verum in numero *Cassianus* lib. de quadripartita iustitia cap. 4. non solum cõcedit, Christum fuisse causam nostræ prædestinationis quoad effectus illius, sed etiam meruisse actum ipsum æternum, & increatum, quo Deus prædestinavit nos: quæ sententia nonnullis etiam recentioribus ita placuit, ut ob id etiam asserant, non solum gratiam creatam, scilicet effectus prædestinationis, sed etiam gratiam increatam sub meritum Christi cecidisse. Id autem probat, quia quicquid est ratio, ut Deus aliquid faciat, est etiam ratio mouens eius voluntatem, ut id faciat: atque adeo ratio meritoria ipsius actus increati, quo Deus voluit illud efficere.

Communi
sententia
Scholasticorum
aduersatur.

Ceterum hæc sententia, quatenus asserit, actum ipsum Dei non solum æternum, sed etiam increatum sub meritum Christi cecidisse, & communi Scholasticorum sententiæ aduersatur, & rationi. Primum quidem Scholastici omnes ca. 2. a nobis commemorati, cum affirmant, meritum Christi, seu illius prædestinationem fuisse causam nostræ prædestinationis, seu electionis, notant expresse, non fuisse causam actus ipsius increati, & æterni: quia huius nulla potest esse causa; negant igitur Christum meruisse actum increatum nostræ prædestinationis: qui enim aliquid meretur, vere dicitur esse causa illius.

32.

Præterea omnes Scholastici a nobis etiam allegati disput. 9. r. cap. 1. cum inquirunt causam meritoriam, seu disponentem prædestinationis, in hoc vnum conspirant, ut non inuestigetur causa meritoria actus increati prædestinationis, quia talis esse nequit, sed effectuum. Quod si Christus ita posset mereri ipsum actum increatum, sicut etiam effectus illius, dari posset causa eius, sicut datur effectuum illius; nec opus erat illa observatione Doctorum.

Rationes re
felluntur.

Ceterum ratione improbat præcedens opinio. Quoniam id, quod cadit sub meritum nostrum, vno ex duobus modis possumus mereri; primum, ut obiectum possidendum, & hac ratione meremur ipsam increatam Trinitatem, non quidem, ut sit, sed, ut eam videamus, & perfruamur; sic autem increatum secundum se non cadit sub meritum, sed medio aliquo creato, quo nobis coniungitur. Deinde aliquid cadit sub meritum nostrum, quia meremur ut illud sit, quod alioqui non foret: ut eum quis meretur, à Rege fieri

Dupliciter
egit aliquid
sub meritum.

dux, aut impetrat à Deo filium, vel gratiam pro alio: tunc enim meritum est causa meritoria, ut illud sit. Aduersarii vero, cum dicunt, Christum meruisse actum increatum nostræ prædestinationis, non asserunt, meruisse illud tanquam obiectum nostræ fruitionis, & possessionis: sic enim & relationes Trinitatis, & quicquid in Deo est, nobis promeruit: sed eodem sensu inquit meruisse nobis actum increatum Dei, quo etiam meruit gratiam, quam nobis Deus donauit. Affirmant igitur, Christum meruisse, ut actus increatus in Deo esset, idque ab eo merito obtinuisse, sicut & gratiam, at hoc est absurdum: id enim, quod increatum est, non pendet vilo modo ex oratione, & precibus alicuius, ut sit, sed ex se ita necessario est, ut non esse non possit, quare Christus id, quod increatum est, mereri non potuit.

Id vero magis confirmatur ea opinione, quam disp. 80. c. 2. sequuti sumus: nimirum in Deo non esse actum aliquem ei intrinsicum, qui possit in ipso esse, & non esse, sed omnem actum voluntatis Dei ex natura rei esse ipsammet diuinam essentiam. Postremo actum increatum Dei, gratiam increatam appellare, est contra modum loquendi Augusti, sæpius a nobis allegatum: libro enim de prædest. Sanct. cap. 10. inquit inter prædestinationem, & gratiam hoc interesse, quod prædestinatio est gratiæ præparatio, gratia vero est ipsa donatio: ubi prædestinationem non vocauit gratiam, sed præparationem gratiæ. Quod si in Christo dicitur ipsa persona Filii gratia increata, ideo est, tum quia Incarnatione nobis donata dicitur, tum etiam quia ipsa Deitate, & persona filii tantquam forma ita deificata fuit, & ignita humanitas, ut absque alio dono grata, & iusta esset apud Deum.

Nihilominus iuxta ea, quæ in ea disp. & disput. 9. c. 1. notauimus, dicendum est, actum diuinæ prædestinationis sub meritum Christi cadere, & ad illo aliquo modo pendere, non quatenus actus increatus est, & idem suapte natura quod diuina essentia, sed secundum relationem illam rationis, qua ab æterno ad obiecta creata libere dicitur referri, ad quæ posset ab æterno non referri. Nam cum hic respectus sumatur ex rebus futuris, ut in illa disp. 80. monstraui, & res future, nimirum effectus prædestinationis nostræ, sunt ex meritis Christi: efficitur, ut ipse etiam respectus ex illis proueniat: cumque essentia diuina secundum se non possit dici ab æterno prædestinatio, aut electio nostra sine illo respectu rationis ad res, & effectus futuros, sicut neque prædicta vocari posset, consequitur plane, ita Christum meruisse actum diuinum, quatenus sub rationem prædestinationis, & electionis, sicut etiam effectus illius: ac proinde colligitur, quemadmodum Christus meruit, nos esse à Deo vocatos, & iustificatos, imo etiam prædestinatos, & electos, hoc est, ut essemus obiectum diuinæ prædestinationis, & electionis: meruisse etiam, ut ipse Deus nos eligeret, & prædestinaret. Atque idem est, iudicium de dilectione efficaci, quam Deus libere habuit.

Neque vero huic nostræ sententiæ quicquam obstat doctrina communis Scholasticorum, qui ex parte actus negant causam meritoriam prædestinationis, & illam concedunt ex parte effectus, ut hoc enim ipsi expresse intellexerunt de acta diuina, non

no, quatenus increatus est, non quatenus refer-
tur relatione prædestinationis, & electionis ad
creaturas, quæ quidem relatio rationis est. Ne-
que etiam obstat, quod illa relatio sit æterna: &
meritum Christi, atque effectus prædestinatio-
nis temporalis: nam temporale, quatenus futu-
rum, potest esse causa respectus rationis æterni,
vt ostendimus supra disp. 68. cap. 7. quamvis ergo
dicere possint aduersarii, actum prædestinationis
secundum respectum illum æternum sub meri-
to Christi cecidisse, & ita Christum meruisse nobis
id, quod æternum est, nulla tamen ratione dicere
licet, actum ipsum increatum sub merito Chri-
sti cecidisse. In actu enim prædestinationis hæc
duo distinctimus, alterum æternum & increatum,
quod nullo modo Christus mereri potuit, alter-
um æternum, sed non increatum, quod est tan-
tum respectus rationis, & hoc Christum mereri
potuit. Quomodo vero Christus fuerit causa e-
xemplaris, & finalis prædestinationis nostræ, di-
cemus 3. p. q. 24. art. 3. & 4.

Verum obicitur aliquis hoc modo, nulla datur
causa diuinæ voluntatis ex parte actus, sed solum
ex parte obiectorum: ergo diuinæ voluntas sub
merito cadere non potuit. Respondeo, vt disp.
82. diximus, diuinæ voluntatis non dari causam,
finalem, ideo nec rationem finalem inter obiecta
creata: nihilominus inter obiecta diuinæ volun-
tatis vnum esse causam alterius, & ita quia Deus
voluit vnum esse propter aliud, dicimus, Deum
voluisse aliquem prædestinare, & iustificare ex
meritis Christi præiustis; cum vero concedimus,
inter effectus vnum esse causam meritotiam, vt
sit alius, consequenter asserimus, inter obiecta
aliquod esse causam, vt sit actus diuinæ volun-
tatis secundum illum respectum, quem explicauimus.

CAPVT V.

Diluantur aduersariorum oppositiones.

EX rationibus, quibus primo capite aliorum
sententias confirmauimus, quatuor tantum
superfunt, quæ pro prima opinione allatæ sunt.
Nam circa rationem secundam satis à nobis dictum
est supra 23. pro tertia vero sententia nullam rationem
adduximus. Ad primam ergo rationem
primæ opinionis respondeo, si verum esset, fidem,
& alias dispositiones ad iustificationem non fuisse
nobis ex meritis Christi concessas, recte se-
queretur, Christum non meruisse nostram præ-
destinationem: id tamen absurdum esse, & sine
nota erroris defendi non posse, loco superius al-
legato probandum est. Quocirca potius sequi-
tur Christum fuisse causam nostræ prædestina-
tionis, si omnium effectuum illius causa fuit. Ad
secundam rationem respondeo, controuersiam
illam, an oratio, & merita Christi, vel alterius ho-
minis sancti, qui alicui prædestinato gratiam im-
petrauit, vocari debeant effectus prædestinatio-
nis illius, quæstionem esse non rerum, sed vo-
cum; hoc autem in dubitanter asserendum est, vt
cum Augustino contra Pelagianos, & Semipela-
gianos reipsum conueniamus, videlicet primæ gra-
tiæ, quæ nobis datur: nullum ex nobis meritum
precessisse, aut occasionem, neque prædestina-
tionis nostræ, si effectus illius à prima vocatio-
ne, quæ nobis confertur, incipere dicatur: gratia
autem, & prædestinationis hoc modo usurpare

Vasquez in 1. part. Tom. 1.

dari meritum in alio, scilicet in Christo, & inter-
dum in aliquo etiam homine iusto, vt ex dictis
manifestum est. Quod si aliquis velit appellare
effectum prædestinationis, Incarnationem Chri-
sti, merita illius, aut etiam alterius Sancti, & hæc
velit appellare gratiam nostram, non solum asse-
rendum est, non esse meritum aliquod causam,
seu occasionem prædestinationis ex parte præ-
destinati, verum etiam neque ex parte Christi,
aut alterius Sancti: quia neque Christus meruit
suam Incarnationem, neque cogitationem illam,
qua excitatus est, vt pro nobis oraret, & merere-
tur, neque sanctus aliquis: ita ergo initium no-
stræ prædestinationis esset, ex solo Deo, vt neque
in nobis, neque in alio Sancto, aut in ipso Christo
causam, seu occasionem habuisset. Hoc autem,
aut alio modo loqui, nihil derogat reipsa digni-
tati gratiæ, quam commendat Augustinus contra
Semipelagianos, nec dignitati Christi, cum ipse
August. doceat lib. 1. de prædest. Sanctior. cap. 15.
suam ipsius prædestinationem Christi sibi non
meruisse.

Verumtamen ego quidem puto, iuxta phrasim
Scripturæ, & Patrum, Incarnationem Christi, me-
rita illius, & orationes nullo modo vocari effe-
ctus nostræ prædestinationis. Idem dico de ora-
tionibus, & meritis alicuius iusti, qui alteri præ-
destinato salutem impetrat. Id vero in primis mi-
hi suadeo ex eo, quod Aug. quoties cum Massi-
liensibus de prima gratia, quam putat dari sine
meritis, disputat, idem omnino esse dicit de gra-
tia, atque prædestinatione illius, vt disp. 89. ca. 4.
& disp. 91. cap. 3. & 5. explicatum est; contra Mas-
silienses vero August. solum concludit, vt ca. illo
4. satis probauit, gratiam primam, quæ nobis à
prima vocatione conceditur, non esse ex meritis,
aut ex causa nostra, & ita nec prædestinationem,
qua nobis hæc gratia à Deo præparatur. Quod si
August. primam gratiam esse diceret Incarnatio-
nem, & merita Christi, aut alicuius Sancti, nun-
quam cum Massiliensibus de gratia, aut præde-
stinatione nostra contendisset. Huius enim gra-
tiæ, & prædestinationis nemo, nec Pelagius ipse,
vllam causam ex nobis esse dixit.

Quare August. lib. de prædest. Sanctior. ca. 17. agens
de electione nostra ad gratiam, quæ idem omni-
no est, quod prædestinatio gratiæ, de qua ipse in
toto illo opere agit contra Massilienses, inquit:
Intelligamus ergo vocationem, qua sunt electi, non qui eli-
guntur, quia crediderunt, sed qui eliguntur vt credant.
Et aliquibus interiectis: Electi sunt itaque ante mundi
constitutionem ea prædestinatione, in qua Deus sua futura
facta præsciuit. Electi sunt autem de mundo ea vocatione,
qua Deus id, quod prædestinauit, impleuit. Vbi in pri-
mis Aug. idem esse putat electionem, & prædesti-
nationem, cum ait: Electi sunt ea prædestinatione: nam
Deus prædestinando eligit, & eligendo prædesti-
nat: loquor de electione ad gratiam, & qua ibi
semper disputabat: prædestinatio enim hoc solum
differt ab electione, quod electio dicitur separa-
tio vnius ab aliis: aut prædestinatio hunc respec-
tum ad alios non denotat. Cum vero ait ea vo-
catione electos fuisse, quæ deus impleuit id, quod
prædestinauit, plane indicat, eo ipso fuisse electos
& vocatos atque eorum electionem à vocatione
incepsisse. Hæc autem non fuit communis vocatio,
sed secundum propositum, quæ propria est præ-
destinatorum, de qua in disp. 88. c. ult. dictum est.

FFF

E

*Ang. Christum
suam præde-
stinationem
non meruisse.*

*Merita Chri-
sti non sunt
effectus præ-
destinationis
nostre.
Prima ratio.*

*Augustinus
testimonium.*

38.

39. Et Patres Africani cū Augustino, epist. 95. pa-
Al primū Africani. rum ante mediam, ostēdentes, quam gratiam de-
 beret Pelagius, faceri, sine meritis esse, inquit: *Alia est tamen (scilicet gratia) qua prædestinati voca-*
mur, iustificamur, glorificamur, &c. quibus omnes ef-
 fectus prædestinationis comprehendisse viden-
 tur. Eandem gratiam contra eundem Pelagium
 inquirens Aug. in Epist. 105. aliquantulum à prin-
 cipio, inquit, eam esse, qua iustificamur, id est, ad
 iustificationem movemur, cuius initium dicit
 esse fident. Cum igitur August. nostram præde-
 stinationem commendat sine meritis nostris fa-
 ctam, eo quod initium gratiæ nostræ, gratis, &
 sine ullis meritis fuerit collatum: inde putat præ-
 destinationem incipere, vnde etiam & gratia no-
 stra exordium sumit.

Aliud Fulg. Accedit Fulgentius, qui enumerans quicquid
 prædestinatio nostra efficit, libro 1. ad Monim. ca. vi.
 sic ait: *Hæc autem omnia, id est, & vocationis initia, &*
iustificationis augmenta, & glorificationis premia in præ-
destinatione semper Deus habuit, quia & in vocatione, &
in iustificatione, & in glorificatione Sanctorū gratia sua
opera futura præsciuit, loquitur de gratia, quæ est ef-
 fectus prædestinationis: de huius namque gratiæ
 prædestinatione sermonem habebat.

Cōfirmatur. Denique sanctis Patribus omnino inutile fuis-
 set contra Pelagianos, vel Semipelagianos de a-
 liâ prædestinatione disputare, quam gratiæ, quæ
 in nobis à prima vocatione incipit. Quod enim
 sub Dei providentiam cadant etiam merita Chri-
 sti, & iustorum, quibus alii gratiā impetrant, imo
 ista sint effectus alicuius gratiæ, nō fuit inter eos
 controuersum: cur ergo modo debemus nos alio
 modo de prædestinatione loqui? Porro iuxta
 modum loquendi Scripturæ ipsam Incarnatio-
 nem, seu merita Christi inter effectus nostræ præ-
 destinationis non refertur, patet: quia aliqui dici
 non posset Christus causa nostræ prædestinationis,
 cum non fuerit causa suæ Incarnationis, nec
 cogitationis, qua, ut mereretur nobis, primo ex-
 citatus est; merita enim illius deus etiam inchoa-
 uit in eo; at Scriptura aperte testatur fuisse cau-
 sam nostræ prædestinationis, ut vidimus ca. 4. er-
 go non alia ratione, nisi quia à nostra vocatione
 incipit prædestinatio nostra.

*Ex phrasē
 Scripturæ
 deducitur.*

40.

*Quorundam
 est ista ob-
 struatur.*

Respondent aliqui Theologi, ut Christus di-
 catur causa nostræ prædestinationis, non est ne-
 cesse, causam esse omnium effectuum, sed satis est,
 si sit causa multorum ex ijs, qui sub ista prædesti-
 natione continentur. Nam esse causam prædesti-
 nationis, hoc est, totius effectus, scilicet Dei est. Ex
 horum tamen doctrina sequitur, nos etiam dici
 posse causam nostræ prædestinationis, sicut dici-
 tur Christus, quia multorum effectuum, quibus
 necessario completur nostra prædestinatio, nos
 sumus causa; hoc autem absurdum est: nam, ut no-
 tauimus, disput. 91. c. 1. idem est, esse causam præ-
 destinationis nostræ, & quæ esse causam totius ef-
 fectus; imo, ut aliquis dicatur causa prædestina-
 tionis, debet esse causa primi effectus. Si ergo
 Christus non fuit causa suæ primæ vocationis,
 qua nobis incepit mereri, & hæc est primus ef-
 fectus nostræ prædestinationis, sit, ut nostra præ-
 destinationis non fuerit causa.

*Meriti virtus
 nulli non est
 effectus præ-
 destinationis
 aliorum.*

De oratione, & meritis iustorum, quibus im-
 petrant gratiam aliis, idem dicendum est, & sci-
 licet non pertinere ad effectus prædestinationis
 eius, cui gratiam impetrant; in quod iisdem ra-

tionibus probatum manet. Sed inter ceteras ea
 præsertim vim habet, quod si orationes iustorum
 ad effectum prædestinationis alterius pertinerent,
 eodem etiam modo & merita Christi inter ef-
 fectus nostræ prædestinationis deberent connume-
 rari. Respondent tamen nonnulli, diuersam
 esse rationem: nam merita Christi fuerunt com-
 munita reprobis, & prædestinatis; merita autem,
 & orationes iustorum, quibus alijs gratiam im-
 petrarunt, non item. Verum contra hoc est mani-
 festa ratio: quoniam, vt cap. 3. dictum est, Christi
 merita non solum fuerunt communia, sed qua-
 dam etiam peculiari oratione electis postipsum
 applicata. Si ergo illa inter effectus prædestina-
 tionis debent refertur, & ea Christus ipse non me-
 ruit, sequitur, non omnem effectum nostræ præ-
 destinationis meruisse. Porro autem Christum
 non applicasse merita sua prædestinatis, quia fide-
 ret eos iam esse à Deo electos, imo vero à Deo
 fuisse electos, quia Deus præsciuit merita Christi
 ipsis applicanda, probauimus cap. 3. huius disput.
 Quare commodius est, effectus nostræ prædesti-
 nationis à gratia primæ vocationis, quæ est secun-
 dum propositum, recensere: ea vero merita, quæ
 ex parte aliorum præcefferunt, inter effectus il-
 lius non connumerare.

Sed obijciēt aliquis. Quomodo modum non so-
 lum vocatio, & iustificatio cadere dicuntur sub
 prædestinationem nostram, sed etiam signa ex-
 terna, prædicationes, & remotiones impedimen-
 torum, quibus nostra vocatio preparata fuit, cur
 etiam orationes, & merita Christi, & iustorum,
 quibus primam vocationem obtinimus, ac no-
 stram prædestinationem non pertinebunt? Re-
 spondeo, diuersam esse rationem, quoniam re-
 moto impedimento, signum externum, prædi-
 catio, & similia ad gratiam ipsius prædestinati reuo-
 cantur, & sub prædestinationem illius cadunt: quia
 prædestinato sunt principium operandi saltem
 accedens, sed oratio alterius, ad meritum impe-
 petrans prædestinato gratiam, & bonam occasio-
 nem operandi, non est ei principium operatio-
 nis, sed propter illa donatur illi facultas, & princi-
 pium bonæ voluntatis, & operationis.

Ad 3. rationem ex dictis c. 4. respondeo, meri-
 tum creatum non esse causam alicuius increati,
 quia non est causa actus diuinæ prædestinationis,
 secundum quod est ipsamet diuina essentia, sed
 esse causam effectus prædestinationis, scilicet gra-
 tiæ, id quod satis est, ut dicatur causa prædesti-
 nationis. Adde etiam meritum creatum, & tempo-
 rale esse quodammodo causam respectus rationis,
 quem nomine prædestinationis, & electionis co-
 notamus, ille tamen non est increatus, licet sit
 æternus eo modo, quo relationes rationis ab æ-
 terno dicuntur Deo conuenire, ut explicam su-
 pra disp. 68. c. 7. meritum autem, quod in tempo-
 re incipit, dicitur causa, seu fundamentum illius
 respectus, quatenus ab æterno futurum est: & ita
 non sequitur, temporale esse causam æterni.

Ad 4. rationem dico S. Thom. solum docuisse,
 Deum in sua providentia neminem sibi adhibe-
 re cōsiliarium, ut eo loco explicauimus: sed non
 negasse, Deum in sua providentia respicere causam
 meritoriam, vel aliam, quæ ex parte effectuum
 consideranda erat.

Ex omnibus, quæ hætenus de prædestinatione
 diximus, licet colligere ordinem, quem Deus in
 sua

sua præscientia circa nostram prædestinationem seruauit. Est autem in primis supponendum, iuxta anteriorem sententiam Christum prædestinatum fuisse post peccatum Adæ peccatum; hoc autem supposito instantia secundum rationem hæc serie sunt assignanda. In primo instanti Deus uoluit creaturis se communicare ex uoluntate simplicis affectus, quo desiderauit illis gloriam suam. Secundo ex hac uoluntate largiri decreuit dona gratiæ in statu innocentie permittens etiam, ut in peccatū homo laboretur; permittit autem non ex intentione beandi, ut colligitur ex ijs quæ diximus disput. 93. cap. 2. sed ob alium finem, propter quem permittit peccata, ut ibidem diximus. Deinde tertio uolens remedium homini lapso præparare, prædestinauit Christum, & merita illius. Quarto ex meritis Christi præuisis quosdā prædestinauit, & elegit ad gratiam suam per singulas occasiones usque ad perseverantiam, nulla ex ipsis existente causa, aut occasione. Quinto tandem ex gratia Dei perseverantibus efficaciter decreuit dare gloriam, quam ante merita gratiæ præuisa nunquam efficaciter præstinerat, ut disput. 89. probatum est. Hæc autem dicta sufficiunt circa articulos omnes huius quæstionis, quibus Doctor Angelicus de prædestinatione disserit. Iam uero omnia, quæ de reprobatione scitu digna sunt, circa articulum tertium tractemus.

SECUNDA PARS

DE REPROBATIONE.

ARTICVLVS III.

Utrum Deus aliquem hominem reprobet.

AD sextum sic proceditur. Videtur quod deus nullum hominem reprobet. Nullus enim reprobat quem diligit, sed Deus omnem hominem diligit, secundum illud Sapientie 11. Diligis omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti. Ergo Deus nullum hominem reprobatur.

2. Præterea. Si Deus aliquem hominem reprobat, oportet quod sic se habeat reprobatio ad reprobatos, sicut prædestinatio ad prædestinatos. Sed prædestinatio est causa salutis prædestinatorum. Ergo reprobatio erit causa perditionis reprobatorum. Hoc autem est falsum. Dicitur enim Osee 13. Perditio tua Israel ex te est, tantummodo ex me auxilium tuum. Non ergo Deus aliquem reprobat.

3. Præterea. Nulli debet imputari quod vitare non potest. Sed si Deus aliquem reprobat, non potest vitare quin ipse pereat. Dicitur enim Ecclesiæ 7. Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere quem ipse despexerit. Ergo non esset hominibus imputandum, quod pereunt. Hoc autem est falsum. Non ergo Deus aliquem reprobat.

Vasquez in 1. part. Tom. I.

Sed contra est, quod dicitur Malac. 1. Iacob dilexi, Esau autem odio habui.

Respondeo dicendum, quod Deus aliquos reprobat. Dictum enim est supra, quod prædestinatio est pars prouidentie.

Ad prouidentiam autem pertinet permittere aliquem defectum in rebus, quæ prouidentie subduntur, ut supra dictum est. Vnde, cum per diuinā prouidentiam homines in vitam æternam ordinentur, pertinet etiam ad diuinā prouidentiam, ut permittat aliquos ab isto fine deficere. Et hoc dicitur reprobare. Sic igitur sicut prædestinatio est pars prouidentie respectu eorum, qui diuinitus ordinantur in æternam salutem, ita reprobatio est pars prouidentie respectu illorum, qui ab hoc fine decidunt. Vnde reprobatio non nominat præscientiam tantum, sed aliquid addit secundum rationem, sicut & prouidentia: ut supra dictum est. Sic ut enim prædestinatio includit uoluntatem conferendi gratiam, & gloriam, ita reprobatio includit uoluntatem permittendi aliquem cadere in culpam, & inferendi damnationis penam pro culpa.

Ad primum ergo dicendum, quod Deus omnes homines diligit: & etiam omnes creaturas, in quantum omnibus uult aliquod bonum; non tamen quodcunque bonum uult omnibus. In quantum igitur quibusdam non uult hoc bonum, quod est vita æterna; dicitur eos habere odio, vel reprobare.

Ad secundum dicendum, quod aliter se habet reprobatio in causando, quam prædestinatio. Nam prædestinatio est causa & eius quod expectatur in futura uita à prædestinatis, scilicet gloriæ, & eius quod percipitur in presenti, scilicet gratiæ. Reprobatio uero non est causa eius quod est in presenti, scilicet culpæ, sed est causa derelictionis à Deo. Est tamen causa eius quod redditur in futuro, scilicet, penæ æternæ. Sed culpa prouenit ex libero arbitrio eius, qui reprobat, & à gratia deseritur. Et secundum hoc verificatur dictum Prophetæ, scilicet, Perditio tua Israel ex te.

Ad tertium dicendum, quod reprobatio Dei non subtrahit aliquid de potentia reprobati. Vnde cum dicitur, quod reprobus non potest gratiam adipisci, non est hoc intelligendum secundum impossibilitatem absolutam, sed secundum impossibilitatem conditionatam, sicut supra dictum est, quod prædestinatum necesse est saluari necessitate conditionata, quæ non tollit libertatem arbitrij. Vnde licet aliquis non possit

Ar. 1. huius quæst. 22. ar. 2.

Qu. prædest. ar. 1. Aug. 1. ad Simplic. q. 2. Co. 1. 1. de prædestin. & grat. cap. 2. Fulgen. lib. 1. de duplici prædest. Dei.

August. lib. 1. de prædest. & gratia, cap. 6. & 19.

2. 19. ar. 3.

Ff 2 possit

possit gratiam adipisci, qui reprobat^{ur} a Deo, tamen quod in hoc peccatum, vel illud labatur ex eius libero arbitrio cōtingit. Vnde & merito sibi imputatur in culpam.

Explicatio Articuli.

Ratio Sancti Thomæ.

Conclusio est affirmans, & de fide: constat enim ex Scriptura, multos a Deo reprobari. Probat vero eam S. Thom. hac ratione, prædestinatio est pars prouidentia: ad prouidentiam autem pertinet, permittere aliquos defectus a fine, ergo ad reprobationem quoque pertinebit permittere, ut aliqui homines gloriam non consequantur. Cum dicit, ad prouidentiam pertinet aliquos permittere defectus a fine, non loquitur de prouidentia peculiari, sed de vniuersali, de qua loquutus fuerat qu. 22. art. 2. ad 2. & de eo, qui habet generalem curam, & prouidentiam omnium, quem appellat ibi vniuersalem prouisorum. Ut autem obseruauit Caiet. in hoc art. non arguit S. Thom. in hac ratione ab vniuersali ad speciale: hoc est, a prædestinatione in genere, ad reprobationem, quæ est species, & pars quedam illius, hæc enim esset inutilis forma arguendi, sed à simili, hoc modo. Sicut ad prouidentiam communem aliarum rerum pertinet, aliquas earum permittere, ut à suis finibus deficiant, sic etiam ad prouidentiam, qua Deus homines dirigit in vitam æternam, pertinebit, permittere etiam, ut aliqui ab eo fine deficiant. Porro notandum est, hac ratione solum probari reprobationem, & permissionem deficiendi a fine, quæcunque est, ad Dei prouidentiam spectare: sicut etiam ipsa ordinatio ad finem ad Dei prouidentiam pertinet: non tamen probat eodem modo nunc Dei prouidentiam permittere, aliquos homines a fine suo deficere, sicut etiam aliquos in suum finem perducit; poterat enim Dei prouidentia ita res omnes deducere in fines suos, ut nullam permitteret, ab eo deficere.

Quid probet.

DISPUTATIO XCV.

An reprobationis ex parte reprobi datur aliqua causa?

Reprobationis nullam dari causam ex parte reprobi, senserunt Durandus, Gregorius, & alij. cap. 1.

Opinio Scoti, & aliorum, cap. 2.

Peccatum originale causam esse reprobationis, recentiores arbitrantur, cap. 3.

Notationes quedam pro explicatione verioris sententia, cap. 4.

De causa reprobationis in adultis verior opinio, cap. 5.

De causa reprobationis paruulorum quid sentiendum sit, cap. 6.

Explicantur testimonia alia a pro prima sententia, c. 7.

Expenditur locus ad Rom. 9. de Iacob, & Esau, cap. 8.

Respondetur rationibus pro eadem opinione adductis, cap. 9.

Quo pacto Deus sit causa obdurationis, cap. 10.

CAPVT I.

Reprobationis nullam dari causam ex parte reprobi, senserunt Durandus, Gregorius, & alij.

Bona pars huius controuersia de voce est, siametsi aliqua etiam, minor tamen, de re-

ipsa inter Doctores dissensio sit. Nihilominus ad eius maiorem perspicuitatem aliorum sententias referre, opera pretium duxi. Atque in primis illa nobis occurrit, quæ affirmat, nullam ex parte reprobi dari causam reprobationis, sicut diximus, prædestinationis nullam dari ex parte prædestinati. Hanc sequuntur Dur. in 1. dist. 41. q. 2. præsentim num. 14. Gregor. q. 1. art. 2. concl. 4. & 5. Marfil. in 1. q. 41. art. 2. concl. 4. & seqq. Driedo 1. p. de concordia lib. arbit. & prædestin. cap. 3. conclus. 1. & 2. quæ ponitur post quatuor alias principales, addimus in illud ca. 9. epist. ad Roman. Quid ergo dicemus? Ferrar. 3. contr. Gent. cap. 16. quibus addere possumus Sancti Thom. in hac q. 23. art. 5. ad 3. ex his tamen Doctores S. Thom. Driedo, & Durandus non dicunt absolute, reprobationis nullam dari causam ex parte reprobi, sed nullam esse causam, ob quam hic potius, quam alius reprobetur, aut quod idem est, cur hic prædestinetur & discernatur à massa perditionis, ille vero in ea relinquantur, & reprobetur. Quorum opinionem in primis nonnulli recentiores defendunt, concedentes quidem esse causam communem omnibus hominibus, scilicet peccatum originale, vel primi parentis, ob quam sufficienter quique reprobari posset, & aliqui fuerint de facto reprobat; nullam tamen dari causam peculiarem præter Dei beneplacitum, ob quam hic potius quam ille in ea massa fuerit relictus. Ceteri vero absolute docent, reprobationis ex parte reprobi non dari causam; qui tamen solum videntur loqui de peccato actuali ipsius reprobi, ut nullum tale fuerit causa sue reprobationis, at de peccato originali idem omnino docet Marius: ceteri nihil expresse dicunt.

Sunt deinde nonnulli Thomistæ, qui tam seuerè hanc sequuntur opinionem, ut affirmant, eundem ordinem seruasse Deum in reprobatione, quem in prædestinatione tenuit, scilicet, ut ante præuila peccata sola suo voluntate decreuerit quosdam à regno cælorum excludere, licet non ad pœnam sensus destinauerit: sicut ex aduerso in eorum sententia prædestinatis ante merita præuila, regnum cælorum efficaciter dare voluit. Deinde quos voluit excludere, permiserit labi in peccatum ea intentione, ut eos excluderet à regno, sicut decreuerat: quemadmodum etiam contra, post electionem quorundam ad gloriam, eos efficaciter vocauit. Allegari tamen Doctores initio capituli pro hac sententia non docent, ante præuila peccata voluisse Deum aliquem regno cælorum extorrem facere, neque id negant, sed eo probant, reprobationis non dari causam, quia prima permissio in peccatum non datur.

De paruulis vero, licet expresse non loquantur, idem omnino dicere debent, computando effectus reprobationis à permissione, qua Deus permittit eos labi in peccatum originale. Excipio Durandus, qui in 1. d. 40. q. 1. num. 6. expresse concessit, in eodem instanti, quo Deus ante opera decreuit, quosdam efficaciter eligere ad regnum cælorum, quosdam etiam, nempe reprobos, ab eo reiectis, & hanc putat esse reprobationem, vel inde latere reprobationem incipere. Duos autem solum effectus illi assignat, nempe excludere à regno, & destinare ad pœnam sensus: priorem autem excludit ex æquo, & directe non opponi prædestinationi, sed cuiusdam antecedenti prædestinationem, scilicet